

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pax a  
cum fonte primo

Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, uinculum amoris, consortium caritatis. Hec est que simultates tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat; cunctis est placida.

Nescit extolli, nescit inflari.  
Hanc qui accepit teneat, qui perdidit repeatat, qui amisit exquirat; quoniam qui in eadem non erit inuentus a Patre abdicatur, a Filio exheredatur, nichilominus a Spiritu Sancto alienus efficitur,

nec ad hereditatem Domini poterit peruenire, qui testamentum pacis noluerit obseruare.

Augustinus de uerbis Domini CLVIII.

Est pax serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium caritatis. Haec est quae simultates tollit, bella compescit, comprimit iras, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placita. Non quaerit alienum, nihil deputat suum; docet amare, quae odisse non novit. Nescit extolli, nescit inflari. Hanc ergo qui accepit, teneat; qui perdidit, repeatat; qui amisit, exquirat; quoniam qui in eadem non tuerit inventus, abdicatur a Patre, exhaeredatur a Filio, nichilominus a sancto Spiritu alienus efficitur. Respuit enim munus oblatum, qui datae legis contempserit bonum:  
nec poterit ad haereditatem Domini pervenire, qui testamentum noluerit observare.

Auctor incertus (Augustinus Hipponensis?), *De ueteri et nouo testamētis sermones*, 97 (PL 39, col.1931).